

H. Sax. C
844

~~15.3. papir d. a. 1136~~
(Zah. Georg I.)

~~16~~

5

ECHO NUP TIALIS

Pro Illustri Conjugio

Illustrissimi & Fortissimi Principis ac
Herois



DN. IOHANNIS GEORGII,

Ducis Saxoniae, Landgrauis Turingiae, Marchionis
Misniae, Principis Henneberg: & Administratoris Episcopa-
tus Merseburg: &c. Dn: mei clementis:

Cum

Illustrissimâ & pientissimâ Principe ac Dominâ,

DN. SIBYLLA ELIZABETHA,

Illustrissimi & clementissimi Principis

ac Domini,

DOMINI FRIDERICI,

DVCIS VVIRTEMBERGICI ET TECCII,

Comitis Mompelgardensis, & Domini in Heidenheim, &c.

Filiâ generosissimâ, Dominâ meâ clemen-

tissimâ &c. *H. Imp. Saxon.*

DRESDAE feliciter inito xvi. Septemb.

Anno Christianorum 1604.

Fausti ominis & piæ congratulationis ergo

CONCINNATA à

M. NICOLAO CRANIVELDO DRESDENSI, IAM

Pastore Brandiorum, Erbis: & D. Michaëlis, in Diœcesi

Fribergensi.

H. A. Impetant: Sax: 1604



RUTA virescit, GLADIUS splendescit SAXONIS; ille
Vfibus IMPERII; laudibus illa suis.

ECHO NUPTIALIS.

AERIS ac oris qua filia crederis ECHO,
 Visné referre mihi, qua rogitabo? ECHO. dabo.
 WIRTEMBERGIACA quis surgit ad Albidos oras
 E regione novâ de face clamor? ECHO. amor.
 Qualis amor? cuius? qua sponsa ascendit in aulam
 Principe luce micans & generosa? ECHO. rosa.
 Fallor, an idcirco sic confluit undiq; turba,
 Bombardis q; crepat DRESDA sonora? ECHO. fora.
 Dic mihi, quid censes de Nymphâ hac, garrula DIVA?
 Estnè Ducissa nitens? lux? Galatèa? ECHO. Dea.
 ERGO libet Nupta cognoscere nomen & ortum,
 Sitnè SIBYLLARVM maxima? nota? ECHO. nota.
 Quin gemino gaudens titulo DVX optima, gaudet
 Nomina virtuti conciliare, ECHO. dare.
 IAN FRIDERICVS idem studet: & quò celsior ortus,
 Hoc melior virtus extitit intus, ECHO. itus.
 Respice maiores & quot domus edidit illec
 IMPERII procercs: quis magè gnarus? ECHO. avus
 Semidcum dixere unum pietate coruscum,
 Et quis VD ALRICVM sat celebrabit? ECHO. abie.
 Transeo LVDVICVM, qui decantatus in Orbe est,
 Et patrum meritis quid pater addit? ECHO. adit.
 Est schola (TVBINGAM vocitant) illustrior omni
 Laude, ad virtutem quâ patet, itur. ECHO. iter.
 Hic fervent artes, hic splendida lumina surgunt,
 Vnde juventa potest mox rutilare. ECHO. lare.
 Ast ego tanta alijs magis excutienda relinquo,
 Et qua sit thalamus copula, quæro. ECHO. fero.

Sibylla E-
 lisabeth
 Sponsa.
 Ioh. Frid.
 frat. Spon.
 Georg. a-
 uis Spon.
 sa.
 Vtricus,
 Christoph
 Ludovic
 Duces
 Wirtemb
 Frideric
 Pater
 Sponsa.

ECHO NVPTIALIS.

Conjugio
licet omni
bus uti.

EST quoq; concessum sociali fœdere jungi,
Et promissa thori vincula ferre? ECHO. fœdè.
Est quoq; Principibus consultum nubere, & ignes
Occultos thalami corde fovere? ECHO. ferè.

Fornicas
tores.
Adulteri
Monachi.

Nonné pharetrato Dux est à Numine liber,
Mater ut Heroi parcere mallet? ECHO. alet.
Quid tibi de spurco vetitoq; videtur amore,
Quem nisi mæchus alit pectore nemo? ECHO. gemo.
An rectè faciunt, Veneris qui furtiva sequuntur,
Et damnant Sacrum connubiale? ECHO. malè.

Deserto
res.

Est né sacrâ melius quàm carnis lege teneri,
Quæ tantùm legis fert simulacra? ECHO. sacrâ.
Sed Scriptura duos carnem conjungit iu unam,
Ergò sit est, unam qui sibi querit? ECHO. erit.
Quid sentis de illis, fidei qui pacta resolvunt,
Et frangunt temerè jus sociale? ECHO. vale.

Psal. 129.

CRUX in amore latet, sed si me iudice certes,
Non nisi dulci amor est mixtus amaror. ECHO. aror.
Si quis amat Sponsam, si non redamatur ab illâ,
Quàm dolor est? dolor est perfida Thais? ECHO. ais.

Cruce in
conjugio,
& quæ
dam acci-
dentia.

Non fuit ordo prior nec castior ordine tædæ;
Si mala sit malus, fert mala mala. ECHO. mala.
Quid suades juuveni, senium si nuberet illi?
Sicné sibi vitæ tædia demet? ECHO. emet.
Quicquid inæquale est, studia in contraria tendit,
Est quoq; ductor anus pectore sanus? ECHO. ævus.
Ergò decet juvenes juveniles querere Sponsas,
Vt q; etate pares sint sibi penè? ECHO. benè.

Quid

ECHO NVPTIALIS.

Quid? si formosam nigricans ambiret amicam,
Nonne pudor capiet nobile crimen? ECHO. hymen.

Quid de pomposis statuis clarisq; puellis?
Ingeniumne tenent haec quoq; mite? ECHO. Mida.

Qui tibi stulta placet mulier? qui virgo superba?
Ecquis in hac poterit currere nave? ECHO. caue.

Infustus thorus est, cui murmure praesidet ursa,
Et mordente canis dente severa. ECHO. fera.

Plura quidem tædas infestant damna jugales,
Sed quæ sunt thalami pessima fata? ECHO. stata.

Hæc sunt quæ Satanas parit, ut diuortia, stuprum,
Perfidia, rixæ, suspicioq;. ECHO. quoq;.

ERGO qualis erit conjux ducenda marito?
Dives? egena? procax? an bona? dia? ECHO. pia.

QVID mihi conjugij resonas de finibus ECHO?

Quantum fauus habet? commoda? amarc. ECHO. mare.

Felix ille thorus, quem munit amabilis vxor,
Vnde vir accipiat dulce leuamen. ECHO. Amen.

Funiculus triplex non sic rumpetur ut vnus;

Custodita domus sit magè tuta. ECHO. puta.

Fortior vnita est virtus quam sparsa: duobus
Fortior est animus; debilis vnus. ECHO. ov &.

Cum cadit alteruter, poterit stans tollere lapsum,
Sospes & egrotum ritè fovere. ECHO. ferè.

NIL de prole refers, in quâ validissima vis est
Ad redigenda thori fœdera leua? ECHO. leua.

Optimus est fructus thalami, donumq; TONANTIS
Spes generis soboles, fœtaq; vitis. ECHO: Itys.

A 3

Nonne

Conjugij
fines &
effectus.

Eccles.
cap. 4.

Ibid.

Psal. 127.
128.

ECHO NYPTIALIS.

Onid:

Meta:

lib: 6.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

Eph. 5.

Gen. 1. 2.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

Prover. 6

& 18.

Psal. 45.

128.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

xxl. x. xl.

Nonne hac est Progenes per Tereanata propago?

Stirps socij lecti conscia talis? ECHO. ais.

Nempè domi mulier sit patri fertilis arbor,

Vnde DEO veniant pignora chara, ECHO. χαρῶν.

Est in progenie fiducia nominis: illa

Ad numeros tendens est velut agger. ECHO. ager.

Quòd non deficiant qui publica munia prestant,

Hac sunt conjugio lucra parata, ECHO. rata.

Adde, quòd in socio depictus CHRISTVS amore est,

Vnde vides, CHRISTO quantus haberis ECHO. cris.

Cuncta DEI, Mosis, Pauli & Salomonis ab ore

Sumta refers, qua sunt inq; Dauide? ECHO. vide.

Quàm sibi conueniunt pulchris sermonibus omnes?

Quilibet esse bonum nubere sagit, ECHO. ait.

O nimum felix, i terq; quaterq; beatus,

Cui venit à DOMINO faemina grata, ECHO. data.

Quin quia sic laudas t edas & comparis usum,

Quae res ergo graues sunt in amore? ECHO. moræ.

AT satis indultum est numeris & lusibus ECHO:

Namq; vagante meà vox tua vagit, ECHO. agit.

P L V R A canant alij: thalamo nos vota feremus,

Ne præter votum vox tua clamet, ECHO. amet.

ERGO quid his SPONSIS abitura precaberis, ECHO?

An vis diuitias? an sacra dona? ECHO. bona.

Nil ita mortales agros curare necesse est,

Quàm sibi propicium NVMEN habere, ECHO. merè.

Optima dos sponsa est, donum per amabile Sponsus;

Prestat at absq; DEO hac dote vacare, ECHO. care.

Effodi.

ECHO NUPTIALIS.

Effodiuntur opes FRIBERGAE, arisq; metalla
 Fossor habet BRANDI, non meliora. ECHO. fora.
 Terra forata sat est, sed non ea gaza reperta
 SPONSIS danda pijs, quam prece cogo. ECHO. rogo.
 Prosperet ergò DEVS, quod sanxit, fœdus amoris,
 Vertat & à SPONSIS omne gravamen. ECHO. Amen.
 Sit benè SAXONIAE domui; Dux IANÈ GEORGI
 Commoda mille habeas, candida fata. ECHO. vada.
 Det, tua cymba vadum tangat laudabile, Divisim
 GRATIA, quâ fretis res mala deêrit. ECHO. erit.
 Hoc velit vrbs, aula, & magno mercentur amici
 SAXONIDVM fratres cum Genitrice. ECHO. d'ixn.
 Gaude Nupta: tuus patre magno SAXONE natus
 CHRISTIANIDES magno nomine pollet. ECHO. olet.
 En maternus avus claret virtute Nepotis,
 Nomine, laude, fide, spe, pietate. ECHO. rata.
 Omnis in hanc laudem resonat laus Martis & artis
 Clara tubis, fidibus, voce, stylog;. ECHO. quog;.
 Regia SVEVORVM sua mittat gaudia DRES DAM,
 Et sua conjungat MARCHIA vota. ECHO. voca.
 Omnes grate tur Sponsis hominesq; DE AEQ;.
 CYMBER, SAXO, MYsus, Plebs, Schola, Clerus. ECHO. herus.
 Qualis in ENSIFERI socio modo luxit honore
 GLORIA, quam cecinit noster APOLLO. ECHO. polo.
 Ingrediatu ovans & alacri mente SIBYLLA
 ELISABETHA suo leta decore. ECHO. xopn.
 Introeat felix & faustâ luce SIBYLLA
 ELISABETHA thorum, mœnia, limen. ECHO. HYMÈN.
 Flamma

Ioh. Geor.
 Dux Sax.
 Sponsus.
 Christianus II.
 Elect. &
 Augustus
 Dux Sax.
 Soph. mat
 Sponsi.
 Christianus I.
 Elector
 Saxonica,
 Pater
 Sponsi.
 Ioh. Geor.
 Elector
 Brandenburg.
 avus Spon.
 Electoris
 nuptia
 Anno
 1602.
 12. & 13.
 Septemb.

ECHO NUPTIALIS.

*Flamma precor vestros circundet blanda Penates,
Cum bona non fuerit dos sine pace. ECHO. tace.
Consecranto facem FORTUNA, SALVSq; FIDE Sq;
PAX vigil in vestra sede maneto. ECHO. peto.
VIVITE felices numerosâ prole parentes,
FERTE DEO natos cum pietate. ECHO. date.
OPTO dies vobis cornicis, Nestoris annos,
Adsit Egws, abeat dira Cytheris. ECHO. Epis.*



DRESDÆ,

Ex officinâ typographicâ Hieronymi Schütziij.

Anno M. DC. I III.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!


16. Sep. 1995

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0127793

H. Lax C. 844



[Illegible white label text]